APPENDIX IN CAVSA COMPETENTIÆ IVRISDICTIONIS.

RETulimus scriptis, & vocis informationibus *Panor. Qui tribus in locis perpetuam oblationem exigit, & menti commendat, ut Ecclesiasticæ personæ, quæ Religionis vota non emitunt quo ad fori exemptionem appellari valeant.*

Retulimus etiam *Marian. Socin. in c. 2. de for. competent.* qui Magistraliter, & a quo cæteri materiam pro hac parte resoluit.

Couarr. sufragatur nobis, *in d. c alma mater. 2. p. §. 2. n. 8. & 9.*

Rustic etiam in. *l. cum Auus. lib. 1. c. 5. n. 70.* ibi; *Perpetuo deputata. Nouarius in praxi electionis, & variationis fori. q. 36* ibi; *Quia cum in totum sint translati in Ecclesiam debent gaudere Ecclesiæ priuilegijs.*

Iterum *q. 38. Loquitur de tertiarijs S. Francisci, & S. Dominici,* qui videndus est pro decisione casus per totam quæstionem qui allegat *Bolocnet. cons. 22. n. 12.* & quod est communis opinio, ex *Marsil. in tracta. de Banitis. n. 119. in verb. Ecclesia,* in puncto iuris veriorem *Vulpe. de libertate Ecclesiarum. p. 3.* vbi hanc veriorem, & æquiorem.

Latissimè Eugenius omnibus contrarijs satisfaciens. *cons. 16. vol. 1 Vbi fatetur ita in facti contingentia obtinuisse. & Episcopum Assisien. ita iudicasse.*

Viuius decis. 49. num. 10.

Festas. in tract. de stimo. p. 4. c. 1. n. 1. 11. & 12. vbi dicit; *Hos tales non esse personas Ecclesiasticas, & quod hæc opinio est verior quia ex quo non faciunt solemnem professionem, nec sunt conuersi alicuius Religionis, nec Nouitij non possunt habere priuilegia concessa personis Ecclesiasticis: animaduertendo Nouarium ex cuius dictis, hæc fuerunt desumpta loqui de mulieribus mantelatis quæ sub modo approbato a Romano Pontifice viuunt, quod obseruandum est contra Gratian. discep. 413. num. 45. & sequent. de cuius doctrina postea dicemus.*

Narbona hanc sequitur pag. 46. n. 20. ibi. *In quocunq. oblato cuius doctrina summe notanda est quia n. 21. loquitur de oblatis qui exire possunt causa matrimonij contrahendi, quod secus esset in oblato qui regulam sancti Benedicti profiteretur qui emitunt tria vota, vt num. 22. Pondero in quocunque oblato vbi loquitur Narbona, num. 20.*

Renatus Copinus fuit allegatis, *libr. 1. de iure Cenouitarum, tit. 3.*

num.22. & num.26. nisi se & sua offerat Monasterio tenet Narbona, quod non vtitur priuilegio fori.

Hij sunt qui in terminis quando non sumus in personis quæ emitunt tria vota, sed in conuersis, vel oblatis Ecclesiæ siue regulari, siue seculari, vt gaudeant priuilegio Fori perpetuam mancipationem requirunt, vt expresse Marta (quem nescio quo pacto Aduocati contrariæ partis pro se adducunt quia nec, num.36. nec num. 4. eis suffragatur, vt aparebit infra) mihi tamen optime num.37. ibi, *vt perpetuo stent, & seruiant in Religione, ex Abb. in cap. tuarum n.4. de priui. quam opinionem amplexam esse Sacram Congregationem Concilij testatur, & Nauarr. Manua.27. num.79. adhuc desiderat quod gregatim viuant.*

Gratia disceep. Foren. discep. 558. n. 27. vbi quod sint perpetuo dicatæ, & viuant in communi cum authoritate superioris, & quod si hæc solemnitates non interueniunt laicæ sunt.

Miranda in manuali prælatorum, lib. 1. q. 29. 1. & 2. conclusione, Tandem in hoc Regno. Port. in iuditio competentiarum, q. 3. num.2. & 11. hanc sequitur.

Ex quibus tam Doctorum authotitatibus in terminis iuris quam de iure Regni hanc sequendam esse videtur ratio à *Panor. in cap.2. de Foro competen. in vers. alias mihi videtur ad oculum demonstratiua nam ait alias esset in optione cuiusque se eximere à iurisdictione sui iudicis, & redire quando velet.*

Quod non obstant authoritates Doctorum in contrarium allegatæ.

B*Oerius in d. tract. de statu, & vita Hærem. à n.13. &* 14. Nõ obstat, quia expresse fatetur, quod nisi superueniat qualitas nõ eximitur, & quod hæc est duplex receptio ordinis, vel cõuersio ad aliquã Religionem aprobatam, & licet, ibi Hæremitarum Religionem aprobatã asserat, & mulierem reclusam, & omnes personas regulariter viuentes etiam si non faciant canonicam professionem gaudere priuilegio Fori asserat, non tamen explicat illud regulariter viuere sit perpetuo, vel ad tempus vnde ex dictis aliorum doctorum intelligitur qui hanc regularem vitam explicant, vt perpetuo sit.

Marta d. casu 113.*n.*4.5.*& 6.* Quod Hæremitæ gaudent priuilegijs Ecclesiæ si militant sub obedientia superioris, nihil tamen contra hanc partem, quia nõ excludit requisitum perpetuitatis, & sic intelligenda est eius doctrina in terminis in quibus de iure procedere potest. *Arg. tex. in l. qui testamento, 20. ff. de testamen. & n.36.* Inquit, quod tertiarias Sancti Francisci potiuntur priuilegio Fori, *ex Felin. in cap.2. num.9. de foro comp.*

Ex

Ex Nouario, 738. Satis probaui contrariam veriorem esse, communiorem, & pro ea vis iudicatum fuisse, sed ita sit nihil cõtra nos, vt ad *Gratianum. d. cap. 413. mox dicemus.*

Gratian, qui prima facie negotiũ facere videbatur, *d. cap proxime allegato, n. 45. & 46.* Facilis erit ocursus, nam præterquam prædicta opinio sic controuersa sit, vt ipse fatetur, n. 42. & contra illum expresse extet tot decisionibus, & authoritatibus armatus Nouarius respondemus Gratianum fundari in doctrina. *Fel. in c. dilecta* 12. *col.* 3. *in principio vers. vide etiam de maioritate obedientia.*

Fundatur 2. *in decis. Rotæ* 1. *de regular. in antiquis.*

Tertio ex Magdal. de n. testium in testamentis requisitis, cap. 2. n. 32. vsque ad 34. decis. Rotæ fundamentum fecit in eo quod licet posint contrahere tamen quia de præsenti Religiose viuunt dicantur personæ Ecclesiasticæ.

Respondetur decis. Rot. 1. de regularib. & Gratian.

Prima, ex [illegible] *Gratian. d. c. 958. num. 27. ibi Et quamuis aliqui teneant quod iste Bizochæ gaudeant priuilegio fori, & subsint Episcopo. & habendæ sint pro personis Ecclesiasticis, & Religiosis. Calderin. consil. 13. in principio de censibus. Felin. in c. 2. col. penult. in fine de for. compet. Fulgos. cons.* 14. *nu.* 2. *Tamen hæc intelligantur dummodo probetur, quod tales Moniales habeant dependentiam a regula Sancti Francisci, seu alterius, & ab illa regantur authoritate Episcopi, vel superioris, & sint perpetuo Deo dicatæ, & mortuis viris alios non ducant, tunc enim gauderent priuilegio fori, & canonis siquis suadente, & haberentur pro Religiosis, nam vltas istis qualitatibus non probatis sunt personæ sæculares, & non differunt a laicis, & carent omni priuilegio Ecclesiasticis concesso.*

Hæc Gratian. respondentur, & pro hac parte, est eius vltima opinio cum qua remanere, & a contraria discessisse præsumitur.

Rota in. d. decis. 1. *de regular. in antiq.* Mouetur eo fundamento, quod etsi posint contrahere dum tamen Religiosæ viuunt interim priuilegio fori gaudere debeant ad instar Clerici in minoribus, & nouitij.

Et ex exemplis quibus vtitur Rota aparet manifeste nos in diuerso casu a decisso a Rota versari nam Rota loquitur de muliere, quæ simpliciter professa est ordinem aquo potest exire ad nubendum, sed professa fuit simpliciter ordinem nulla in actu professionis protestatione adiecta quod intendebat recedere a Religione causa matrimonij licet permitente regula id posset facere, quemadmodum permitente iure nouitius, & Clericus in minoribus possunt. Tamen quia Eclesia præsumit nouitium non animo exeunde in gressum fuisse Religionem

nem sola destinatione eum Religiosum reputat, ex *Marian. Socin. d. cap. 7. de for. comp.* ibi, intelligendo de alijs iunioribus non Clericis sub dicta tamen intentione seruientibus, sed si ea intentione non seruirent vt clerici fierent, sed prætio, vel vt adiscerent, & tandem ad sæcularia negotia, & ad vitam sæcularem, non procederet ille textus, & iterum idem *Soci. sub n. 12. vers. si vero fraus cessauit mihi pag. 76.*

Et quia idem præsumit de Clerico in minoribus eandem præsumptionem etiam facit de mulieri interim, quod ea intentione ingressa fuit, vt perpetuo duraret.

Quam præsumptionem in Collegialibus temporalis clausuræ, ex quod scilicet animo perpetuo comorandi censeantur ingressæ ex defectu intentionis earum in actu professionis Eclesia præsumere non potest, quia expræsse profitentur se tandiu comorare velle quandiu comode cum voluntate parentum nubere posint ex hijs enim expræsse animus redeundi ad sæculum detegitur, qui alias non præsumitur in simpliciter ingrediente, vel in clerico in minoribus ordinato.

Ex quibus ni mea me falit opinio concludenter diuersificatur casus decisionis Rotæ 1. de regularibus in antiquis a casu nostro.

Tandem *Tiber, Decia. in tract. crim. lib. 4. cap. 9. a n. 34.* neque per totum nihil contra perpetuitatem, dicit neque Alosius Ricius in sua praxi, neque Ferdinandus Basquius in suis controuersijs perpetuitatem improbant, & sic intelligendi sunt prout alij DD. cum eo perpetuitatis requisito. Salua, &c.

Martin Diaz de Altarriba.